e-codices

Necesse est ut dnus ueritatem requirens · retribuat his quibus abundanter
facunt superbiam · laudicturus es. quando retribuis · quando uult.
quia retribuis certus sis · de retributione non dubites · De tempore
ne audeas dō dare consilium · Porsus ueritatem requirit · Et retribuis
his quibus abundanter facunt superbiam · Aliquibus & hic retribuis
& uidimus & didicimus quia retribuit · & enim quando humiliant
quidm̄ timent · si forte in aliqua dignitate · huius saeculi reful
serant · humiliati non ceciderunt · quia dm̄ ex corde non exclusert.
Altitudo ipsorum · dr̄ est · Humiliatus uidebatur iob perdita substan
tia sua · perditis filiis suis · quae seruabat perdita · perditis quib;
seruabat · Remansit sine hereditate · Et quod est tristius sine heredi
tate · remansit ad solam uxorem · non suam consolatricem · sed diabo
li potius adiutricem · Humiliatus uidebatur · Vide si miser factē
Vide si nonerat in abscondito uultus dī · nudus exiui de utero
matris meae · Nudus reuertar in terram · Dnus dedit · dnus abstulit
sicut dno placuit ita factum est · sit nomen dni benedictum · Iste ge
mine laudes dī unde sunt · Videte foris pauperem · Intus diuitē.
Iste gemine laudes dī · non exirent de eius ore · Nisi thesauros ha
berent in corde; Quid uultis esse uultis · tales diuitias concupisci
te quas nec in naufragio potestis amittere · Ergo tales quando humi
liantur · Nolite eos putare miseros · Erratis · nesciente quid uitus
habeant · Ex uobis conicitis · qui mundum diligitis · quia uos cū
talia perditis · miseri remanetis · Propsius nolite hoc putare · hac
bent intus quo gaudeant · Interior est pastor · & consolator eorum.
Ipsi sunt qui male cadunt · qui spem suam in hoc saeculo ponunt ·
Auferitur quod nitebat foris · nihil remanet intus · nisi fumus · male
conscientiae · Unde se consolent · non habent · non habent quod
foras exeant · Non habent quo intro redeant · deserta pompa sae
culari · inanes gratias spitali · uere humiliantur · Et multas facit
dnus ista in isto tempore · sed non omnib; Si enim nemini faceret

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 162, p. p.%20240 – First volume of a six-volume commentary on the Psalms by St. Augustine (http://www.e-codices.ch/en/csg/0162/p.%20240)